78

personae fierent. Non substantiam uocabula separarent, sed ut omne misteri
um haeresis arrianae tradatur. Cur nolunt filium di de patris substantia credi
breuiter intimabo. Aiunt &enim, cum sit ds pater omnipotens, inuisibilis, incon
uertibilis, perfectus semper, idem aeternus, filius uero uisibilis, quia saepe a patri
bus uisus est, & conuertibilis atque mutabilis. quia uariis figuris singulis quibusq;
sese monstrauit. Quasi de patris inquiunt substantia ess& fieri poss& ut & carnem
adsumere & inuisibilis tamen atq; mutabilis cerneretur. Sed potius ea qualita
te qua pater est permansiss&. ex cuius substantia erat, quia quod de patre est
nec uideri, nec mutari, nec conuerti posse credendum est. Accedit ad causam quia
cum inlapsus est in mariam, cum uirginis uterum obpleuit, aliud utique ex illa
quam quod uenerat natum est. Unde etiam inquiunt corrupta substantia statu
uertit. ordinem perdit. continuo in mutatione ipsa formatus de do in hominem.
de spu in carnem & utiq; translatio omnis interemptio est pristini. ac per hoc a
iunt si filius de patris substantia ess& poss& etiam pater minor uideri substan
tiae suae, uel translatione uel fine. et proinde filium ex alia substantia credere
maluerunt. quia & mutari & conuerti & uideri poss& quia hoc de patris substantia cre
di non liceat. Hec est causa erroris. hec origo haeresis arrianae, dum non intellegunt
uirtutem di neq; tanti sacramenti dispositionem agnoscunt. ut dm humanis conditi
onibus compararent. Quibus primo in loco respondendum est filium di non ita ui
sum ut dserat, sed ut homo poterat. Deinde in uariis figuris non mutabilem &
conuertibilem ipsum, sed esse hoc potentiae di, ut cum se singulis prout uult reuelare
dignatur, habitum mutet, non substantia uertat, nec proprietatem qualitatis
ammittat, sed iuxta meritum uidentis temperamentum maiestatis adhibeat.
Ipse tamen idem ut semper est in substantiae suae proprietate permaneat, sicut
scriptum est, mutabis eos & mutabuntur, tu autem idem ipse es. & anni tui non de
ficient. Nam & si multa sint ex his quae in hoc mundo uidentur quae ex alio con
uertuntur [illegible] ut desinant esse quod erant, & hoc sint quod retro non fue
rant. ut limus cum in homine figuratur limus esse iam desinit. ut lutum figuli
cum solidatur in testam, ut lapis cum dissoluitur in coctus in calcem. ut arena com
mutatur in uitrum & cetera quae longum est recensire. Sed multum inter est.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0159